Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/295850

II 10

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GOZEWINI IANI LONCQ, CORN. IAN. FIL.,

MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE

IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PETRUS MATTHÉUS BEELAERTS,

Dordracenus.

A. D. XXX M. SEPTEMBRIS, A. MDCCCLXII, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD W. F. DANNENFELSER.

MDCCCLXII.

TYPIS J. VAN BOEKHOVEN,

PARENTIBUS.

THESES.

I.

Vidua, quae intra annum luctus, edito tamen partu posthumo, nubit, fit famosa.

II.

Caupo non tenetur viatorem recipere.

III.

Improbanda sententia Glückii (Pand. XV. p. 215.), contra heredes actionem tantum intra annum dari, si in deposito miserabili quod dicitur, mortuus dolo fecit.

IV.

Actio de mortuo inferendo in heredes non datur.

V.

Contra instrumentum authenticum jusjurandum decisorium deferre licet.

VI.

Negotiorum gestor jus retentionis non habet.

VII.

Decretum d. 31 m. Julii anni 1828 sublatum non est articulo 417. C. C.

VIII.

Judici non licet inquirere in causas separationis tori et mensae, mutuo consensu a conjugibus petitae.

IX.

Prodigus curatorem suum heredem instituere nequit.

X.

Etiam propter aes alienum, quod mercaturam non spectat, forocessio pronuntiari potest.

XI.

Ex articulo 774 C. M. etiam jura secundum articulum 315 n°. 2 C. M. intra quadraginta dies, ante forocessionem constituta, irrita esse defendo.

XII.

Indossamentum literarum cambialium, quarum dies jam venit, cessioni non aequiparandum.

XIII.

Famulus, qui in aedibus domini noctu furtum commisit, puniendus est ex articulo 386 n°. 1 C. P., nec obstat articulus 14 n°. 6. Legis d. 29 m. Junii anni 1854.

XIV.

Auctore libelli famosi intra tres menses indicato, non semper liberatur typographus.

XV.

In effracturam aedium et usum clavium adulterinarum, licet nondum insit furti conatus, poena quaedam statuenda videtur.

XVI.

Conatus bigamiae secundum codicem poenalem omnino existere potest.

XVII.

Omnia delicta, uno excepto parricidio, excusari possunt, idcirco etiam crimen ex articulo 86 C. P. plectendum.

XVIII.

Moderamen inculpatae tutelae eo non tollitur, quod aggressor sine libertate egit.

XIX.

In casu articuli 19 C. de Meth. proc. in caus. civil. tutor coram judice transigere nequit.

XX.

In casu articuli 272 C. Quaest. Crim. ubi reus absens damnatus sententiae Tribunalis correctionalis se opposuit, nova causae inquisitio non requiritur.

XXI.

In articulo 245 Legis Municipalis immunitas conceditur extra locum legitimi domicilii degentibus.

XXII.

De wijze van bebouwing van den grond moet niet door eene wet bepaald worden.

XXIII.

Premiën van uitvoer zijn af te keuren.

XXIV.

Belastingen op voorwerpen van weelde, zoo laag gehouden, dat het gebruik slechts onmerkbaar afneemt, zijn aan te bevelen.